

4203 prope Acquaviva in territorio S. Victorini in molendino.

C · IVLIV
Q · ANIN
C · BAEB
VIII^{uiri}

Leosini *Bull. dell' Inst.* 1859 p. 417.

4204 vasculum aeneum quod quo loco repertum sit ignoratur; ex Amiterni ruinis prodiisse una cum n. 4177 conicit Garruccius syll. n. 2303, exhibuimusque hoc loco, ne inter incerta relictum nobile monumentum neglegatur. A Castellano Romae nuper emit museum Britannicum.

Q · LAINIO · Q · F · PRAIFECTOꝝ · PRO TREBIBOS · FECIT

Edidi Ephem. epigraph. 2 (1876) p. 208 ligno expressam ad ectypum quod subministravit A. S. Murray Londiniensis.

Praefectus videtur esse ex genere eorum, qui sexto septimoque urbis saeculo ab urbe missi oppidis Italiae praeerant; id quod Amiterno recte convenit. *Pro trebibus*, id est *pro tribubus*, componendum erit cum formula *pro po[plod]* tituli antiquissimi vol. I n. 488 = vol. VI n. 436; intellegi videntur cives Romani pleni iuris Amiterni eo tempore degentes.

4206 [=5786] basis alta 0,95 m.; in turri S. Victorini rep. m. Ianuario a. 1759 GIOV.

C SALLIO C F
Q VIR PROCVLO
SPLENDIDISSIMO
VIRO II · QQ · PATRONO · DE
5 CVRIONVM · ET · POPVLI
AMIT · SACERDOTI · ET PON
TIFICI · LANIVINORVM · IM
MVNI · PATRONO · DECVR · ET · POP
AVEIAT · VESTINOR · SVMMO · MA
10 GISTRO · SEPT · AQVIS · PATRONO
PELTVINATIA · OB PERPETVO · ET · SIM
PLICISSIMO · EIVS · ERGA · SE · AMORE
PROVOCITI · PATRONO · DIGNISSIMO
PAGANI

Descripsi ego, recognovit Dressel. Chaupy *maison d'Horace* III (1769) addit. p. III; Donat. 457, 4 auct. non indicato; Giovenazzi Aveia p. 2; Lupacchini cod. Neap. f. 49 et apud Antinorium ms. et apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 27'; Schulz et Ambrosch descripserunt Kellermanno; Leosini Aquila p. 314. Orelli 106.

Septem aquae praeterea nominantur apud Ciceronem ad Att. 4, 15, 5: *Reatini me ad sua τέμνη duxerunt . . . vixi cum Axio. quin etiam me ad Septem aquas duxit* et Dionysium 1, 14, ubi ait a Reate Corsulam via Curia distare stadiis LXXX, prope eam cerni insulam Issam in lacu, ad eum ipsum lacum Maruvium situm esse, id distare m. p. XL τὸν καλο-

μένων Ἑπτὰ ἰδάτων. Lacum hic intellegi constat unum eorum qui sunt a dextra Velini inter Reate et Interamnam (cf. Bunsen ann. inst. archaeol. 1834 p. 135); itaque Septem aquarum vicus ubi fuerit quamquam ignoramus, dubium non est eum comprehensum fuisse agro non Amiternino, sed Reatino. Pagani qui titulum posuerunt mihi sunt ipsi Septaquaenses. Nam cum titulum prostitisse appareat Amiterni aut in foro aut in domu Salliana, nomen igitur pagi dedicantis ex loco intellegi non potuerit, id in ipso titulo perscriptum fuerit necesse est; inter honores autem ibi recensitos qui pago unus conveniat est magisterium Septaquaense.

4208 [=5789] rep. Amiterni a. 1769 et mox fracta GIOV.; in torculari baronis Alferi Aquilani ANT.

VIRO ATQ
ORVM · PROCVLI · P
sacerdoti · LANIVINO · IMMUNI; patrono
s PLENDIDISSIMI · ORDINIS · ET · POPVLI · AMITERNI · SUMMO MAG
5 SEPTAQVIS · PATRONO · AVEIATIVM · ET · PELTVINATIUM · QUOD
EX · INDVLGENTIA · PRAETEXTATVS · ADIVTORE · PATRE · MU
NERIS · CORNELIANI · EDITIONE · PRIMVS · OMNIUM
CVM · QVATTVOR · PARIBVS · GLADIATORVM · ET · RELIQUO
SPLENDIDO · ADPARATV · PATRIAM · SVAM · HONORARIT
10 IPSOSQVE · CIVES · SINCERA · AMORIS · ADFECTIONE · OFFICIIS · OM
NIBVS · FOVERE · NON · DESINAT · PLEBS · VRBANA · EX · AERE
CONLATO · BIGAM · QVAM · IN · AMPHITHEATRO · POSTULARAT

Servavit Lupacchini cod. Neap. f. 65 et apud Antinorium ms. et Giovenazzium (cod. Vat. 9144 et Avei. p. 19) et Marinium cod. Vat. 9128 f. 29'.

In libro scripto Giovenazzi male praemittitur n. 4290, quasi huius pars esset; vide quae ibi adnotantur. — 6 cf. vol. X n. 1211: *hic oblitterato muneris spectaculo impetrata editione ab innulgen(tia) max(im) principis diem gladiatorum et omne apparatus pecunia sua edidit.* — fin. fortasse scr. ADHVC. — 8 CVM quid significet nescio; expectes talia *primus omnium eius aetatis civium.*

4205 [=5946] litteris antiquis et pulchris. Ad S. Victorini GVALT. In museo Aquilano LVP. et POSTERIORES.

PROCVLEIVS · P · F
AED · LVD · F

Descripsi ego, recognovit Dressel. Est in vol. I n. 1296 et in tabula Ritscheliana LXXVIIA. Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 102; Lupacchini cod. Neap. f. 28 et apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 27'.

1 [- PROCVLEIVS Lup.

4207 [=5788] la base che è di finissimo marmo pario ed alta più del naturale, non è altrimenti rotta, ma doveva essere in origine di due pezzi, l'uno sopra l'altro CARLI. Ad S. Victorini rep. a. 1834. — Ab altera parte legitur titulus n. 4250.

C · SALLIO C F
Q VIR PROCVLO
SPLENDIDISSIMO VIRO
PATRONO AVEIATIVM
5 VESTINORVM SACERDOTI ET
PONTIFICI LANIVINO IMMV
NI ITERVM QQ SVMMO
MAGISTRO SEPTAQVIS SPLEN

Vollardus et qui exemplum eius recognovit Carlius dederunt Kellermanno, qui ed. *Bull. dell' Inst.* 1835 p. 157; acta musei Neapolitani. Henzen 5177.

3. 8 SPEN Voll., correxit Carlius. — 6 IANIVINO Voll., Carlio nihil monente.

Eiusdem tertium titulum damus n. 4399; filii eius est n. 4208.

4209 litteris gracilibus, sed bonae aetatis. Alta m. 0,58, lata m. 0,37. Rep. Aquilae a. 1879 in opere posita in ecclesia S. Bernardini.

AQVAM · AVGVSTI · TAM
IN HONOREM · TI · CAE
SARIS · AVGVSTI · NEPO
TVMQ · EIVS · PELTVINI
5 ADDVXER · PR · AETERNI
CAESARVM
SALVIENI · PAVLUS · ET
FLORVS
AED · Q · G · DED

Ectypum contulit Henzenus. Cavarocchius et Barnabeus miserunt.

3 fin. cum extrema littera aut N fuerit aut M, supplementum requiritur quod posui; quo posito patet titulum Tiberii fuisse, non Augusti. — 5. 6 mihi est *pr(o) ae[ternitate] Caesarum.* Cf. Henzen in actis Arval. p. 414. — 6 fin. praenomina aedilium scripta fuisse crediderim.

LXXXVIII. AEQVICVLI (p. 388).

ad p. 388. Titulum Osce scriptum, in quo Nersarum vocabulum lectum esse dicitur, hodie desiderari Coluccius respondit quaerenti Zvetajeffio (syll. inscr. Oscarum p. 1). Tu vide ne hic quoque ficticius sit; nam et fraudes in his partibus deprehensae sunt similes, et formae recedunt a solitis Oscis (Zvetajeff l. c.), et offendit in his partibus Osca litteratura, et dubitationem movet loci Vergiliani similitudo, et acta musei ea, in quibus referuntur tituli Latini qui simul dicuntur reperti esse, hoc certe docuerunt tum, cum hi apud fossorem publice sequestrarentur, Oscum titulum apud eum non fuisse, et id ipsum denique suspicione non caret, quod eius modi inscriptio iam non comparet.

ad. n. 4130. Donius versuum ordinem non servat nisi in 1. 2.

ad n. 4157. Donius refert in schedis Gorianis (cod. Maruc. A. 188) post n. 3385. 3404. Auctor nullus adscribitur. Pro *patriarchali* scr. *parochiali*.

LXXXIX. CLITERNIA (p. 394).

ad n. 4175. Capradossi ad portam primariam ecclesiae parochialis descripsit Riccomannius a. 1768 teste Amadutio in schedis Savignanensibus.

6351 [= 6829, 11] fistula plumbea. Origo incerta est, fortasse Cliternina (vide n. 4169). Romae apud Borgiam CATAL. CARD. Iam Neapoli in museo.

T · SEL · LV · SI · CERTI

Descripsit Dressel. Catalogus mus. Borgiani (*docum. ined. per la storia de' musei d' Ital.* vol. 1) p. 305 n. 661; Cardinali *isr. ined.* n. 120; Fiorelli cat. n. 117; Lanciani *acque* p. 271 n. 441.

Initio T Dresselius non agnovit.

REGIONIS QVARTAE PARS OCTAVA.
SABINI.

XC. AMITERNVM (p. 397).

ad p. 399 col. 1 v. 12 a fine dele verba nisi . . . miliarios.

ad n. 4185. Nunc Aquilae in praefectura, ubi contulit Huelsen cum Cavarocchio. A latere dextro intuentibus est:

SACR

ad n. 4187. Contulit Huelsen; 4 ante T nihil deest.

ad n. 4194. *Bellum Actiense* redit in titulo Foroliviensi (*Bull. dell' Inst.* 1874 p. 119 = vol. XI n. 623) hoc: C. Baebius T. f. Clu. tr. mil. leg.] XX, praef. ora[e] marit. Hispan. citerioris bello Actiensi, II vir i. d. cet.

ad n. 4206. 4207. 4213. 4288. Hodie sunt Aquilae in praefectura teste Cavarocchio.

ad n. 4209. Contulit Huelsen, 3 fin. N esse testatus, non M. Prodiit *Notizie degli scavi* 1879 p. 315.

ad n. 4266 a. Contulit Huelsen. 4 lege DIONYS.

ad n. 4270. Cippus magnus, nunc Aquilae in praefectura, ubi contulit Huelsen, addens v. 4 antea omissum:

L V C C E I O
Q · F · Q V I R
E M E N T I
D · P R A E F · I · D
C C E I O · P · F
A B I N O
A N A · P · F
C C E S S A
P

ad n. 4308 a. Aquilae in praefectura descripsit Huelsen sic:

M · V
V V L

6352 Aquilae in praefectura.

S · C · P C
I I V I R S T L
I O · C · F · Q V I
A E · T · F
T I

Descripsit Huelsen.

XCI. AGER AMITERNINVS (p. 412).

ad n. 4397. 4416. 4436. 4438. 4439. 4459. 4460. 4465. 4467. 4471. (exemplum alterum). 4480 a. 4482 (exemplum alterum). 4486. 4487 (exemplum utrumque). 4514. Tituli hi iam adservantur Aquilae in praefectura, ubi exceptis n. 4397. 4416 eos nuper relegit lectionemque editam comprobavit Huelsen.

ad n. 4402. Aquilae in praefectura exceptit Huelsen sic:

SEX · ALBIVS · AT J
REX

adnotans 1 inter A et T punctum neque esse neque umquam fuisse.